

F in vigilia assumptionis anni sequenti
accessit Coloniae, et eodem anno
elapso ^a

Chad

~~a/ Liberaliz.~~

Philippus

peratorem multum affectans eundem succurrunt cancellarium ad dignitatem coloniensem pontificii promoveri, scripsit epistolas suas imperiales mirabiliter favorabiles ad Henricum de alphonso Henricum de vulmersteign et Gerardum ad votatum coloniensem et ad ministeriales & vasallos coloniensis ecclesie, pro dicto Philippo cancellario suo in coloniensem episcopum promovendo, quorum quidem litterarum exemplaria apud nonnullos studiosos in scripturarum memoria usque in presentem reservantur. Vobis igitur imperatoris in hac parte ad effectum productis, dictus Philippus licet absens in coloniensem archiepiscopum in vigilia assumptionis Marie Henricum filium Frederici Imperatoris, de voluntate ipsius Frederici imperatoris Aquigrani unxit in regem Romanorum. Huic Philippo Coloniensi archiepiscopo ab probitatibus et virtutum harum meritum et successoribus colonienses archiepiscopis Fredericus imperator memoratus contulit ducatum Westphalie et Agarie, et eundem in solennium principum atque optimatum Imperii curia apud Geylenhusen celebrata, de dictis ducatibus vexillo imperiali et banner sollemniter investivit. Cum igitur illis temporibus Henricus, dux Saxonie, vir multis divitiis et potentia pollens, cuius quidem Henrici ditis fuit filius Atto IV quartus, qui postea una cum Philippo II regnavit in imperio Romanorum contra Fredericum imperatorem, et contra rempublicam civicam tyrannide multa ageret insolentibus. Idem Fredericus imperator de consensu principum electorum matrum imperii et per sententiam eorundem prefatum Henricum deposuit et privavit honore et nomine ducatus Et ducatum quem sibi abstulit, secans per medietatem, unam partem contulit Beroldo duci Saxonie, nepoti suo, alteram vero partem concessit Philippo archiepiscopo Coloniensi supradicto, et eundem fidem supradictam episcopum sollemniter investivit. Unde idem Philippus archiepiscopus Coloniensis prout erat vir audax et strenuus, huiusmodi concessionis imperiali sibi assumens executionem, cum exercitu triarii militem omnium electorum, exceptis armigeris equitibus et pedestri exercitu, quorum non fuit numerus, intravit Saxoniam, prefatum Henricum ducem per se ipsum imperatorem iam depositum tribus continuis annis incessanter impugnans expulit, et finaliter exterminavit, et potenti manu obtinuit et sibi obque ecclesie Coloniensi acquisivit possessionem Ducatus Westphalie et Agarie, et successoribus usque in presentem possidit. Eodem quoque Philippus, vir memoria dignus, et similis ei, per mercatores argenti exposuit in auctionem gross arriorum Colonienis ecclesie et prediorum. Fuit itaque prout fertur, vir corpore fortis et persona pulcherrimus, audax et animosus, magnifice et super omnes liberos.

re
40700
more